



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Restitutio In Integrum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

ver. testator. Episcopus competit restitu-
tio malè ablatorum, prout superius in ver.
Episcopus. §. 19.

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

Primo, an detur in lassione enormi,
vel modica; vide in ver. Ecclesia, in ver.
emptio, & in ver. ignorans seu idota, &
&c Covar. libro 1. cap. 3. var. resol.

Secundo, restitutionis in integrum
beneficium, & illius tempus, est judici
arbitrarium, Afflict. decis. 2. 4. num. 2.

Tertio, Ecclesia adversus laicum pe-
tit restitutionem in integrum coram Ju-
dice laico, secundum communem opini-
onem, Covar. libro 1. cap. 4. numero 2.
var. resol.

Quarto, restitutio in integrum adver-
sum rem judicatam, concedi debet, quan-
do ex noviter deductis, constat de hono-
jure, Caputaq. dec. 9. 4. par. 3.

Quinto, restitutio in integrum datur post
præscriptionem per quadriennium & octennium
Eccl. c. 1. & 2. de in integr. rest. lib. 6. & ibi
Gemin. & post trigesimum, Covar. libro
1. cap. 3. numero 12. ver. 7. sed ut rem, var.
resol. & in lassione etiam post centum an-
nos, Gom. in cap. 2. numero 51. notab. 7.
de constit. libro 6. ex Bal. in l. falsam, C. si ex
facto testatoris.

RES C R I P T U M.

Primo, Rescriptum imperatum a pro-
curatore excommunicato, an sit vali-
dum? vide cap. 1. & ibi gloss. in ver. alio
ubi dicitur quod non, & ibi Gom. nn.
34. & infra, tenet affirmatiu[m] in casibus,

quibus potest per se ipsum, & intellige
de excommunicato, juxta Bul. Martini
V. Concil. Constant. de rescripto impe-
trato a procuratore revocato, vide cap. ex
parte, il. 3. de rescripto.

Secundo, ista exceptio, an, & quan-
do debeat opponi, vide Marant. 6. par.
memb. 3. numero 5. Gom. in quast. 44. de
annal. posse. & in dict. cap. numero 6. & c. 1.
de except. libro 6.

Tertio, an brevia nostri temporis, quæ:
passim expediuntur ab Urbe, veniant ap-
pellatione rescripti? Gom. post disputa-
tionem includit, quod sic, tract. de brev.
numero 7. & deservit pro intelligentia
Bullæ Dominicæ falsificantes literas
Apost. Navar. cap. 27. numero 62.

Quarto, in rescriptis semper intelli-
gitur illa clausula: Si preces veritate nitan-
tur, cap. ex parte, il. primo, eod. tit. Staph. de
lit. grat. fol. 309. numero 2. & hoc non so-
lum in literis Papæ, sed Regis etiam, Iscr.
in tit. de probib. feud. in cap. quoniam inter
dominum, numero 6, etiamsi non oppo-
natur ista clausula, Inn. in Summario. n. 2.
in dict. c. ex parte.

Quinto, rescriptum alternativum suf-
ficit, quod in uno verificetur, c. inter, eod.
tit. & sic si in rescripto ponatur unum ve-
rum, & alterum falsum, sufficit si probe-
tur verum, si ex illo possit consequi effe-
ctus, decis. Rot. 7. de. res. in noviss. Gloss.
in dict. cap. ex parte, in ver. perpetuo, Staph.
loco citato in 6. form. num. 5.

Sexto, rescriptum quando dicatur sub-
reptitium, vel obreptitium, vide text. &
ibi Doct. cap. super literis, eod. tit. & an sub-
reptio facti, vel juris vitiet rescriptum,
vide Gom. in cap. 1. art. 56. & deinceps.

Ddd *sodem*

